UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Excusatio Neminis aduersus Nullum Lipsensem

Ferrarius, Johannes

[Leipzig], [1519]

VD16 E 883

urn:nbn:de:hbz:466:1-32645

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Positiones de indulgentiis
Sermo de penitentia
Resolutiones disputationum de indulgentiis
Ein Sermon von dem Ablass und gnad
Verlegung Tetzels [illegible] den [illegible] Sermon
Ein freiheit Sermons Martini [illegible] indulgentien
ab Silvestri Prieratis contra conclusiones Martini
Responsio Martini ad dialogum Silvestri
Replica Silvestri
Acta Martini Augustensia
Disputatio Eckii et pro Martino in studio Lipsensi
Disputatio et excusatio Martini contra criminationes Eckii
[illegible]
~~Oratio Mosellani~~
De ratione disputandi oratio Mosellani
Erasmi epistola ad ducem Saxonie et alia [illegible]
Resolutio super propositione de potestate pape
Alia resolutio de eadem [illegible] disputata
Resolutiones super propositionibus Lipsie disputatis
Oratio Io. Langii [illegible] disputationis Lipsensis
Disputatio prima Eckii et Carolstadii de verbis
ad verbum per notarios [illegible]
in uno libro Disputatio secunda commun[illegible]
Disputatio tertia Eckii et Martini
Epistola Philippi Melanchthonis de eadem disputatione
Excusatio Eckii contra epistolam Philippi
Defensio Philippi contra Eckium
Contestatio [illegible] Cellarii
Epistola Emseri [illegible] Aegocerontis
Ad Aegocerontem Emseranum Martini additio
De venatione lutheriana [illegible]

Solutiones doctorum wittenbergensium
Contra [illegible] Wittenbergensium &
[illegible] lipzensium & alia quedam
Con malignum Jo Ekii iudicium
Ad Jo Ekium epistola Martini super expurgatione Ecciana
Appellatio Martini luther
Appellatio parisien

Liber primus opusculorum Martini luther

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz Kataloq 328.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Excuſatio Nemi-nis aduerſus Aul-lum Lipſenſem.

Reſpōſio Nulli⁹ ad Excuſationē Neminis Vuittēbergēſis



AD LECTOREM.

Hijs iam conueniet ſocijs ( mihi crede ) duobus:
Depugnant verbis / pectora ſalua manent.
Hoc eſt quod latrant / nec dum mordere / parati /
Eſt Nemo / eſt Nullus / nomina clara virum.
Nec tamen ipſe adeo credas / latet anguis in herba.
Ve tibi qui nobis / Tertius eſſe velis.

[v. Ulrich von Hutten?]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# NEMO / NVLLI SVO.

DIffuſioribus tecū egiſſem, ſuauiſs. Nulle niſi mihi fra
ter eſſes, & is qui non tam Sophiſtarū: quā Acade-
mie tue partes tuearis, cui quātū tribuā, Excuſatio
noſtra inditio erit. Rubiū interim meū / pro moribꝰ
ſuis raptim laudaui / citra tñ vllam pompā ac ſuſpi-
tionē nō potui beluā p̄terire / cū vbiubi ſeſe ingerat / dignū anila
quod pueri luto inſectarentur / nam mihi hactenus aliquid fuit / iā
vero nec Nemo nec Nullus eſt / credo ſtatim futurum nihil, adeo
Alibi ſimul & Nigri feram dilaniant. Vale.

Nemo ſp̄ diſplicet.

NEcꝫ in hoc mea me opinio fefellit / vt qui Nemo ſūt,
nuſcꝫ tamē nō diſpliceā, cæteris oīa licent / vnus Ne-
mo eſt qui cū canibus etiā in puteo congredi paſſim
cogitur, cunctis adeo moleſtus eſt / vt ſi muſſitauerit
ſemel / iā celū ruere / iā extremꝰ mūdi dies imminere

Sophiſte hominū peſtis.

credit̄, & quo ſummatim dicam / ſolus Nemo eſt / qui peſſime ſp̄
audit. Nuper enī Sophiſtas infelix hominū genus & præcipuam
peſtem / modis / nō tamen omnibus / depinxi / bone Iupiter / quot
tragedie in me excitant̄. Ego (vt me dīj bene amēt) mille crabro
nes etiā nudus irritare mallem / quā hoc (licet imbelle) ſophiſta-
rū examen / quod infelicius commoueris / quā Camerinam quā-
libet olentem, tot habent defenſores / in eodē luto coherentes / id

Nullus Lipſenſis

quod facile inditio erit Nullus Lipſenſis, frater quidem meus vt
ipſe appellat / quē equiore animo ego quocꝫ paterer / ſi non ſophi
ſtas tueret̄. A quorū amicitia tantū abſum / quātū ipſi ab oī eru-
ditione. Accipio tamē Nullū quantuluſcuncꝫ eſt / hac ſpe / ne de-
inceps ſophiſtarū partes ſubiturus infeliciſſime prodat, faceſſant
qui hoc nomen vnquā amarint / dum aliud mihi cū Nullo ſuper-
eſt / quod commentemur ſolet enim vt plericꝫ male feriati fratres

Alium reprehendere obuiū. eſt.

obtrectationis malum adeo in me torquere / vt vel ipſa obtrecta-
tio vel m̄r eiꝰ videri haud obſcure poſſem. Tāti eſt pręcedētis ter
go manticā ſpectare. vt facillime in alio reprehenderis / quod tu
ipſe ſemper committis. Ego ſemel fortaſſis in ſophiſtas / & aliq̄t
hominū monſtra iocatus. idcꝫ modeſtius longe quā meruiſſent,

Vtilitigatores ſtudiorum.

& mox celū terramcꝫ miſcere dicor. vt qui omnia fregerim / aut
Phetontis currū / incenſo mūdo obduxerim. At cū vitilitigatores
ſtudiorū hoc eſt / ſophiſtarū pręcones / in eruditiſſimū quencꝫ ex
noſtris paſſim inuehebant̄ lacerebant / & nihil nō mentiendo au-

Thus pedunt multi.

debant / tunc bene erat / omnia inter Chriſtianos ſibi cōſtare viſa
ſunt modo Vuittenbergen̄. peſſime audirent ſolus Nemo quam
primū muſſitare cepit / & obiectū ſcelus diluere, oīa turbat. oībus
diſplicet / cæteri quicquid pedunt / thus ac balſamomū ſapit. vnꝰ

Immodice calumnie ī Vuittenberg.

Nemo infœlici ouo gemitꝰ ſemper olet / ſemper fetet. Vt tñ inge-
nue fatear / nuncꝫ mihi mordax ille ſtylus placuit / a quo tantum
ſemper abſui / quantum ipſe a Chriſtiana pietate abeſt. ſed ob im
modicas calumnias quibus ſtudiū noſtrū vltra citracꝫ iactabat̄ /

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſd quod & pueri & ſenes norint non potui ex aliqua ſaltē ꝑte/im
pudentiſſimos nebulones non repellere / nam iniurias ferre didi
ci contumelias nō adeo. Quis enī tot ſycophantas vnius cantile-
ne artifices / quis tot ſcurras tandē ferret / quibus omnis cura fu-
it/optimū quēq; ledere? quid enī mpudentius Rubio/ ꝗd inſul-

Rubius.

ſius eo qui ad ſtomachum ſuum( licet a prora vſq; ad puppim vt
dicitur rei non interfuerit ) hunc damnati illum male audire/ a ſo-
phiſtis puto/ineptit taceo reliquas nenias quibꝰ bona orbis pars
infecta/idq; lr̄is cū palam/ tum clanculum/ diſperſis ac concioni-
bus multis vt ſoli Vuittenberg. iocus fere eſſent/ quo pueri collu-
dunt. Iſtos tuos comprecones mi Nulle/ cur non primum cohibe-
bas? cur tot peſtes non amoliebaris? vt Chriſtiana charitas ex
nulla nō parte ſibi cōſtetiſſet? tuis omnia licent/modo facta ſint.
nec mūdus forte apud te in maligno poſitꝰ/detrahant oēs/lace-

Ceteri libere detrahunt.

rent. inuidia hac atq; illac effluant/ pudorē ex confeſſo ꝓſtituant
oīa bene habent. Infelix Nemo / ſi irruentē hoſtem quamuis mo-
dicū reſpexerit/mox inter ſacrū et ſaxū periclitatur. ſed vter minꝰ
peccat/is qui vel inuitū nō tantū laceſſit/ quā obruit/ an qui noī
ſuo cōſulens obtrectatiōis aliqd repellit? ſcripſerunt tui iamdu-
dū/debachati ſunt vt libere/ita impudēter. qd tū? expectabamꝰ
nos(& id tam egre vt nihil ſupra)cupidi in quem nā modū / tot
nenie/tot mōſtra inuectiuarū ꝓceſſura eſſent/nec dū finis ad fore
vſus eſt eatenus nugarū cōſutiſſimi cētones cōſarciebant, & niſi

Nugarū centones

breui reſtitiſſemus crediderim fore vt oīs exiſtimatio lr̄aꝝ ſil' cū
noīe de nobis interijſſet. Conferamus igit bilis ſummā. tui in nos
primo graſſant. dijudicāt ꝓ ſtomacho/ cenſent/ obtrectāt/ & hec
oīa ferenda / ſi modꝰ aut minima ſaltē ſcintilla hūani cordis inter
luxiſſet/hic neq; celū neq; terrā imploras Ego cū hoſtem vi co-
gentē ſemel reſpicio/iā inuidie lerna dicor / cum nihil non auſim/
qui Chriſtiane charitatis vinculum tenedia bipenni/non ſecus ac
Hercules nodum apud Gordium/diſſeco/ multi tamen ſcriptura
rū modij/congerunt, cū & ipſe Nulli meo pleraq; obtendere poſ

Nodus Herculis.

ſim/vt qui in alterius oculo Atomū epicureū videat / in ſuo aūt
nec magnā ſiluam. ſed nolo in re tam nihili/ſcripturas ad ſeria na-

Atomus Epicureꝰ

tas/ contaminari . ſufficiat me Nemminē eſſe / & fratrem meum
Nullū/ quales hactenus fuimꝰ/et citra cōtrouerſiā manſuri cōtē-
damus verbis( quāq; id quoq; ſatis pnitioſum )animi aūt incor-
rupti & chriſtiano digni perdurent. Proinde miror ꝗdnā in mētē
Nulli venerit/vt cū ego de ſophiſtis quibuſdam iuuenum ſugilla
toribꝰ dixiſſem/ipſe totā Academiā Lipſicā ſtudiorū parentē con
taminari ſuſpicat. adeo/quo Principis etiam authoritatem ſuble-
uem. quod mirū eſt quā ego non credam. Putas mi Nulle clariſs.
principem tot rebus occupato/tantillū ocij vnq̄ fore / vt hijs no-

Princeps clariſs. nr̄as nugas nō curat.

ſtris ineptijs ac nugaciſſimis nugis vel minimū temporis colloca
rit. animūue adiecerit/ q̄s pueri adeo rident vt nullas horas inuti-
lius perdidiſſe querantur/quā quas iſtiuſmodi ſorophis inſump-
ſerint. De Academia forte pluribus agendū. non quod difficile vi
deat hoc tū rhete deuitare, ſed qꝺ Talpa cecior / nō vides tuo te

gladio confodi volue interim ac reuolue librū nihil inuenies/ quo
Academiā Lipſenſem/ aut deprimam aut tollā/ niſi tu eam ſuſpe-
ctam reddere velis. Ego proinde atq; vnicā lrārū parentē/ ac ſtu
diorū aſylū ſemp colui / ſemp oſculatus ſum / quare abſit vt tam
laudatā Academiā ipſe vellicare velim/ quæ non minus lrās/ quā
optimas v̄tutes ſp̄ euexit. Viuat ergo cū prudentiſſimis viris qui
bus recta adeo cordi ſunt vt quibus maxīe. Ipſe nihil minus timu
erim quā fore/ qui ſcripta illa noſtra Academie ſue obeſſe vel con
iectura aſſequi poſſint. niſi mēbro leſo/ toti corpori vulnꝰ cōtinuo
aſcribat. Idq;/ eſto / nolueris mi frater nihil aberit quin ego ean-
dem iniuriā quā tu/ modis oībus ac longe prius deplorare debe-
am. quāta eni vota hoīes Academie noſtre nō triuialiū celebres
ſint affecti/ ille ignorat qui nihil nouit. Quorſum ergo dixeris tu
um dūtaxat Gymnaſiū ſugillatum/ quū meum id conuicij a tuis
paſſum iam dudū cōſtet. ſed maneant per nos Academie incōcuſ
ſe/ cantet/ amat quod quiſq;/ dū ad vnius eiuſq; incōmodi mēbri
tabem/ nō ſtatim corpus totum labefactari oporteat. vtq; diſcas
quos ego ſophiſtes appellare ſoleam/ nō enim vt veteres / nobi-
les clariſſimosq; Rhetores tum philoſophos vberrime enuncian-
tes ſophiſtas dixerūt de quibꝰ Flauius Philoſtratus. ij. libros ele-
gantiſſime ſcripſit. ſed quos noſtra etas vtinam non tam obuius
videt? qui verbis dūtaxat calūniant/ ac decipiūt / oīs eruditiōis
(vt apud Platonē eſt) corruptores/ operoſiſſimā porro operam
impendunt/ quo ſurgentes lrās ſi nō auferre / tū impedire queāt.
hinc eſt/ vt qui cultiſſimis Poetis quamlibet parū inuigilarit ma-
le feriatus dicatur. Et quantus (me Ieſu) impoſtor impudentiſſi
me criminatur/ recta docēdo / qui p̄ trāſuerſū digitū/ A magiſtra
li/ per queſtiōes & habitū (vt ipi vocāt) modo aberrat. At quod
oīm intollerabiliſſimū/ diuinis ſe īmiſcere volūt. vt qcqd ipi ſom
niarint/ quicquid emētiti traduxerit ceu Iouis cōſiliarij ſint / ratū
ac Catholicū odorant. vnde ſi θεολογωτατοσ quiſpiā theologꝰ/
antiqs ſcriptoribꝰ & his pijs adiutos/ ſcripturas argutius quā fra
terculꝰ qlibet indoctus et vulgaris alicui enodauerit, ſoli ſophiſti
ſunt. qui celū terrāq; miſcent/ Hereticū dānant. cū nec plane ſciāt
qdnā Hereticꝰ ſit. qd inter albū atq; nigrū diſtet, digni q publice
virgis cū Rubio ſuo. ex toto orbe pellerent. quos ipſe tam inuiſos
habeo/ quā ipſi multis nocent. tenes credo q mihi ſophiſte dicāt/
Proīde p̄ Academiā tuā iſtiuſmodi reperire nō eſt q̄ iures/ audiui
ipē q garrirēt/ cōem chriſtianorū poſtē. ex poetis vbiubi internaſ
centibꝰ/ tū grecanic lrīs oboriri. moxq; fore vt theologia ſit caſu
ra quā noſtri grecis/ ſimul & Hebreis lrīs adiuti interp̄tari velint
Ac totā ire ſummā in Vuittenbergenſes. torquebāt. qui iſtanc ana
gyrim cōmoueant/ & nihil nō auſint. Tū qd' pleriſq; cōſtat/ in-
tulit qſpiā ſatius eſſe omneis nrī ceu puluis iam olim diſpergerēt.
quā tot mala in totū orbē diffunderēt. Hæc ſunt virulenta tela q-
bꝰ ſoli Vuittēbegn̄. excipiūt. qui vt nihil docent niſi qd eruditiſſi-
mū ſit / ita a pleriſq; inhūaniter deferunt. Et hmōi maſtigas ego
non appellem? porro qd aliud phibere conāt/ q̄ lratiſſimas lras

Academia lipſenſ. ſtudiorū parens.

Vuittenberg. prius iniuria affecti.

Rhetores olim ſophiſte.

Philoſtratus.

Sophiſte apud nos hominum peſtis.

Sophiſte Iouis conſiliarij.

Sophiſte de ſacris iudicare volunt.

Sophiſte linguas abhorrēt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝗ chriſtianiſſimū: vſq; ad ſacra redeā / qd audiuiſti nr̄os vlla ex
pte affirmare/ qđ nō certꝫ ſcripturarū authorib9 ꝓbatū habuerit
Adde pios vere et catholicos ſcriptores/ cū qb9 balbutire/ mallē/
quā cū mltis ſomniatorib9. theolog9 eſſe. vn̄ ergo hodie detestāt
q euāgeliū docēt/ q chriſtū prędicāt/ q in errores mltoꝝ excādeſ-
cunt. Quis ille furor/ Paulū vnicū ſcripturarū interpretē ſcabioſis
ſophiſtis lr̄arū corruptoribus poſthaberi. Noſtri publice docent
ſcribūt/ nihil ſub vmbra moliunt̄. cur nō adſunt quibus diſplicēt
& errata oſtendūt cū doceri velint & a puero rē chriſtianā ꝑcipe-
re/ modo taceant ſophiſte. Taceant peripatetici Theologiſtes a
quibus tantū abeſt vt moneri velint/ quātū ipi a veritate abſūt.
noſtri euangeliū docent/ & male audiunt. veritas enim vt in pro
uerbio eſt/ odiū parit. Emuli aūt & viti litigatores/ qd aliud ha-
bent ꝙ ſomniatorū quorundā ſomnia/ & mirū eſt quantum vel
mordic9 ſibi adſcribāt/ partim iudicia ſcripturarū / partim celi ſe-
creta corripientes/ perinde ac Ioui aliquandiu aſſederit ſimmiſtes
Hic qua/ ſciāt quidnā fieri oporteat / & dū nihil agūt p̄ter ſuū ne
gotiū/ oibus placēt. oīa bn̄ hn̄t. nimirū inter ſuos tuti vbi mali ſup
mutuū ſcabūt/ Vuittenberg. ſi parū extra aleā & vulgi opinionē
rapiant̄/ fabula ſunt. cū emulis nō ſapiat/ quod preterea omnib9
Sed tales forte inter tuos eſſe haud cito credideris/ audi tandē/ &
proculdubio rē adamuſſim cognoſces. volo ipſe (qn̄cūq; poſtula-
ris) ſingulos noīare/ & ſuis colorib9 deliniare/ quos adeo noui/
ſā nūc pretermitto/ ne irritare me quēq; velle percipias. Adde/ ꝙ
haud olim mihi lr̄e oſtenſe ſunt quib9 excuſar ſe quidā ac temerita
tis veniā poſtulat. cū longe mitius ſcripſerit/ quā ſibi argumentū
a tuis ſuppoſitū eſſet. I nūc mi Nulle demirare qd mihi in mentē
venerit/ qn̄ a tuis tot ſcurras ſubornatos dixerim cū certius ſit ni-
hil/ & tibi ꝑſuadebo olim vbi nutu ſaltē exoptaris. Quorſum at-
tinet me in vno mendacē conuiciari/ quando tu ex nulla parte tibi
conſtes/ adeo ineptis/ vt cū ego ſophiſtarū quorūdā negotiū agi
vellē/ tu Academiā totā cōuelli/ præter omnē cōiecturā mētiris.
Neq; tuos mō Antiſophiſtas / ſed qualeſcunq; veritatis ac lr̄arū
hoſtes taxaui/ deſine ergo ad tuū ſtomachū traducere quæ libere
ſcripta ſunt/ quod ſi magnū duxeris tuos homines vtcūq; nota-
re/ Idem iuris & mihi imploro. vt tui nec meos lacerent/ depone
tu pharetrā/ & ego nihil figā. nihilq; retaliabo. Aut ſi ratā patien-
tiā velis qua Socrates fuiſſe prædicat̄/ cur eā non oſtendis? cur mi
hi obijcis/ quod tutu non ſeruas? ego immiſſa ſpicula / retorſi/ tu
noua moliris/ cui iam tacuiſſe ſatius eſtimas? hunc Antiſtrophō-
ta ſi potueris deuita. Vnū tn̄ eſt quod ſine maximo riſu videre nō
licuit/ quādoquidē cauſaris/ in hoc Rubicūdū Rubiū a tuis haud
potuiſſe cohiberi/ quod nugas illas Bibliopola per ſexcentas ho-
minū manus diſperſerit. cū tantū abſit ne quiſq; monſtrum deti-
neat vt hodie quoq; ineptire non deſinat. Credebā perpol Rubi-
um meū monitū tandē reſtitutū iri/ ſed Mandrabuli moreres ſuc-
cedit/ hoc eſt magis magiſq; deſipit. Nuper enī latina quanq; peſ-
ſime/ ſcribebat, nūc Rythmos mlto peiores miſer ineptit. adeo tn̄

Vuitten- berg. ſemper ſcrip- turis ad- herent.

Nr̄i pu- blice do- cent.

Peripate tici Theo logiſtes.

Vtilitiga tores.

Emulis nihil ſa- pit.

Qui apđ Lipſen. emuli.

Quos ſo- phiſtes ta rauimus.

Socratis patiētia.

Rubi9 ſp magꝫ de- ſipit.

Rubeus nunc.

Rhythmos rotat.

omnia turbare nitit. dignus nebulo qui publicis virgis excipere-
tur. Diſperiã ſi non ſaniorẽ hominẽ iam olim credidiſſem/ & mi-
nus Hellebori egentẽ. facit enĩ ſtulta ſua ignorãtia/ vt nullius cere-
bri aĩal videri poſſit. qñ nec Teutonicũ ſermonis pueris & ton-

Rubius teutonica ignorat.

ſoribus cognitum nouit. Porro quid ſibi Rhythmi illi mimici vo-
lunt/ qui tam rudes/ & ſine oĩ cõpoſitione ſunt/ vt a quouis hi-
ſtrione meliores fieri etiã ex tpe poſſint. Tecum paucis agam mi

Rubi9 ab anu Rhythm9 didiciſſet.

Rubi dũ Rhythmicũ hoc eſt mimis notũ artifitiũ ſcire velles/ ad
nos pperaſſes/ vbi vetula anus ẽ & hæc nonagenaria valde repu-
eraſcens ſed te longe ſapientiſſima quæ hanc Rhythmorũ rationẽ
citi9 dicto/ ad vnguẽ tradidiſſet/ tm̃ tibi faueo/ tm̃ cõdoleo/ et ad-
huc Neminem tuũ nõ audis? bene habet tranſi ergo quocunq̧

Rubi9 in preceptores ſcribit

ego faciã tibi/ qđ ille Aſello apđ Horatiũ quẽ dũ precipitio inhiã-
tẽ/ nõ ſemel retraxiſſet tandẽ in rupes non audientẽ præcipitauit.
Quis te Cacdeomõ impulit/ vt in preceptores ĩpĳſſime ſcriberes.
qđ mihi argumento eſt nõdũ alicubi te pmotũ/ mala nẽpe auis
dici ſolet que ſuũ ipſa nidũ defedat. Proĩde quid putas nr̃is ob fu-
turũ ſi te qualemcũq̧ honore aliquo/ pro ſua hũanitate dignati

In magnis edib9 ſtult9 aliquis.

ſunt/ cũ in magnis plerũq̧ edibus ſtultus inter reliquã familiam
enutriri ſoleat. Maximilian9 olĩ/ dũ hoẽm quedã min9 dignũ &
precario adductũ coronatur9 eſſet et a ꝯſilĳs ꝯſtituti/ interclama-
rent/ indignũ eſſe nebulonẽ lauro. reſpõdit/ multoties ſe tm̃ arbo-

Maximiliani facetũ dictũ.

ris perdidiſſe Immo Chriſtus ex oĩ populo. xĳ. apoſtolos ſelegit.
inter hos quoq̧ tam paucos inuenit/ qui traderet pĩetiſſimũ dñm

Chriſtus Iudam fouit.

ac magiſtrũ. vide ergo q̧ ſtulte ac incaute Vuittenbergenſis ſtu-
dĳ te diſcipulũ aſſeras/ quod ſi eſt. nihil phibet te piurũ eſſe/ et ho-
minẽ oĩ nebuloni vaniorẽ/ nec dignũ qui vnq̧ honeſtus habearis.

Rubi9 piurus.

cũ iuſiurandũ ꝙ Academie noſtre feciſti ſine oĩ cauſa rumpis/ ac
impĳſſime peieras in quod ab Ethnicis aĩaduerſũ ẽ/ maxiam q̧
dẽ pena nec a chriſtianis ṗtermittendũ. I nũc/ Rubicunde Rubi

Rubius peierauit.

& periuriũ deuita a quo tm̃ abeſt q̃d te purges/ quãtũ ipſe im-
pĳſſime peieraſti. inter mltos queſitũ ẽ/ an deterius ſit & ṗcepto-
res ledere/ quã parentes/ tu vt video neutris parcis/ idq̧ adeo vt

Rubius parricida

parricidã agas. qui aĩorũ parentes hoc eſt preceptores iugulas
ſed hec alias tractabimus. Ad Nullũ meũ reuertor mitiorẽ fratrẽ
cui9 ira tolerabilior eſt. qa hoc quoq̧ mõſtrũ abhorret/ & ceu ab-
ortiuã beluã fugit. ceterũ importunus ẽ opido/ cauſam noſtram in
totã Academiã torquens/ obĳcit munera impudat exhibitionem
hoſpitalẽ/ puto a ſuis factã/ rem digniorem quã vt noſtris nugis
inſeri debeat/ & neſcio quot pedib9 ex aduerſo ſtemus iſthoc q̃ p-
bara Nullas poſſit/ haud videt/ niſi optima docere ſit aduerſum

Academia Lipſen. lr̃arũ domiciliũ. Sophiſtę nihil debemus.

ſtare/ abſit rudis illa vix ruſticis ferenda ſuſpitio. Academie ſue
nũq̃ nõ gratificari ſtudebim9. que haud ſec9 ſeſe oſtendit/ quam
integerrimã & virtutũ et lr̃arũ domiciliũ vbiq̧ decẽt/ recte de q̃ſ-
uis meritũ/ ſed ſophiſtis illis ſtudiorũ hoſtib9 nõ eſt quod retalie-
mus/ cũ nihil cõtulerint. ad id/ licet fecerint/ hoc tñ mũeris nullũ
mihi mun9 cenſet. quod ſub dole datur. nã peior eſt oĩ hoſte qui
ſe amicũ fingit altera manu panẽ porrigens/ altera lapidẽ celans.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

valeat itaqꝫ ſuſpitio illa pluſqꝫ crudelis. qua optimatibus tuis de
trahis & nobis voluntatem ſaltē rectā auferre conaris. ſi ijs farine
eſt eruditionis ſimultas/ qn̄ tuos ſolū Ariſtotelē/ noſtros vero ig
noro quot cōmentarios mordicꝰ tenere obgannis. in hanc partem
vnū eſt quod dico. Tantilli ſcilicet eſſe nobis vel ſcotū vel Tho-
mam vt fere vtriuſqꝫ nomen cū auditoribꝰ interierit. adeo nec ho
die inuenit̃ qui vel tacitus ex his magis profiteat̃ quicqꝫ/ vtqꝫ in-
genue fatear/ diſperiā/ ſi non omneis ſophiſtas cū iſtis ſuis nugi-
uendulis cōmentatoribus/ in mediū Pontū relegatos velim / ne
iuuenē ammodo perderent vllū Platonē nihilominus quod Ari-
ſtoteli in diuinarū cognitione prefers / impendio fratrem agis &
mei ſimillimū/ mō ſciam / Naturales philoſophia (vt dicunt an
chriſtiani ſimus. Nā ſi chriſto addicti quod dubio procul reſponde
bis? cur Ariſtoteli horas vite tantopere collocamus/ & Platonē
longe cōmodiſſimū negligimus? Hic recta incedit ille per tranſ-
uerſū ſemper agit. Quorſum attinet ſolū chriſtianā inſtitutionem
obliquius ingredi quā ceteras artes. Rideretur agricula ſi artis ſue
initiū a marina nauigatiōe poſtularet. nos chriſtiani omniū maxi
me & non ſine damno delyramus nec vllā erudiendi rationē ha-
bemus/ dū nugas oēs. quāto minus in noſtrā vitā attinent tanto
citius perdiſcendas proponimꝰ & ferme adoramꝰ. nec ob id Pla-
tonē extollo/ vt Ariſtotelē nobiliſſimū peripateticū damnare ve
lim. nobis imputandū/ vbi non recta docemꝰ. qui malis vltro oc
curſantes/ quicquid natura optimū eſt/ in abuſum traducimꝰ. Sic
ſtudiū meū laudare ſoleo nec tuū ob id cōtēno niſi confeſtim om-
nes poſt ſe contempſerit qui vnū laudat. Floreat Academia tua /
quod nemo negare pōt/ floreat mea/ vtriqꝫ ſit quod literatiſſimū
habere debeat/ modo ſophiſte ſua agant. q̄s tantū extra hanc aleā
pono. vt nihil ad Academiam pertinere/ conſtanter affirmem. In
hoc aūt ꝙ etatē prefers/ per me liberū eſt/ etiā in Euādri tempus
Gymnaſiū reijcere/ nec multū nobis ob id decreſcet/ qui recentio-
res habemur/ niſi eruditione idcirco inferiores putes / quod te af-
firmare haud crediderim / cū & diſcipulus multoties preceptorē
vel viuum longo interuallo poſt ſe relinquit. quod ſi vetera vſqꝫ
adeo cordi ſunt. diuidamus bona/ accipe tu matrem nouagenari-
am/ mihi filia placet. ſed iſthec nihil ad Bachum. Cantet amat ꝙ
quiſqꝫ. Nemo recenſuit/ ſuo more.

Intereſt. Scotꝰ.

Vtinam ſophiſte oēs rele-gati Plato Ariſtoteli prefe-rendus.

Chriſtiano homini Plato vtilior.

Soli Chriſtiani peſſime inſtituuntur.

Sophiſte nihil ad Academiam.

# Reſponſio Nul lius ad excuſationē Neminis Vuittenbergenſis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# NVLLVS NEMINI FRATRI SVO. S.D.

MIraris forſitan mi frater Nemo / cur ego Nullus re-
ſponſione quaſi in occurſum iuerim. & te totũ in fer-
mento/vt dicit̃/iacentem mitigare voluerim. Si rem
ipſam eſtimas/ſat ſcio / nihil miri animo tuo oboriri
põt. Num tu patereris Gymnaſij tui ĩcolas tã naſo ſuſpẽdi & vix
homines putari. Eſto ꝙ tui noſtratibus eruditione precurrere vi-
deantur. Num igitur putas noſtrates/ſine nomine turbã eſſe Pa-
thican & ignobilem Chriſtiani om̃es ſumus, Chriſtiani velim
pectus omnes indueremus. Canina velim abeſſet facundia, quę
neſcio quo pacto bellum ex bello/litem ex lite ſerere ſolet. Et qs
quæſo diſcordiarum finis erit, dum ſemper Par pari retaliare p-
gimus. At inquies: Cur Lipſenſes tui omnium diſcordiarũ ca-
pita & authores prodeunt. Cur Rubeum illum αχθον αρουρης
vt Homerus ait/in nos veluti Aten quandam immittitis, quæ
neſcio quot turbas, & diſcordiarum certamina excitare ſolet.
Quis autem quæſo mi frater ſtulticia ſtulticori obuiam ire põt:
Cur non/inquies/Sophiſte eum proſcribunt: cur non eum ad
Cynoſarges/vt dicitur/relegant. Neſcis mi frater Nulle Rubi-
um alicunde ꝙ̃ a Sophiſtĩs inſanię ſue incrementum accipere. qđ
tamẽ vt vt nullus ſum aperta/vt dicitur/fronte in vulgus ſparge-
re non audeo/ne ea temere effutiam/quæ nec Mom⁹ quidẽ im-
pune proloquutur⁹ ſit. Immerito plane / immerito tota cauſa in
Sophiſtas incidit. Falluntur opinione, quicunq; animũ inducũt
Sophiſtarum impulſu Rubeum furere. At quid contra ſolem lo-
qui pergo. Ego Nullus quoad me pertinet / diluere conabor.
Vtar autem mi Nemo ea modeſtia qua aduerſum me vſus es,
ne fratrum fœdus, immiſſo verborũ grandine/diſturbare vide-
ar. Non poſſum enim non in ore habere iram fratrum tardiſſi-
me ſeneſcere. Bene vale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRincipio/mi frater/inter alia me Achademiam Vuittē-
bergem neſcio quo atro carbone notaſſe ſcribis, dum
neſcio quot Philoſophorum ſectas eam producere ſcri-
pſerim. quod qui factum ſit / non ſatis capere poſſum.
Tu ipſe non ignoras/mi frater, ꝗ paucis ante annis in Thomæ
& Scoti harenam deſcenſum ſit. & ꝗ plerūꝗ in publico cōgreſ
ſu vnus Scoti viam ingrediebatur. alter in Thomæ Vepreta di-
lababatur. Id qđ ego/ſi modice & idoneis annis fiat, nō impro
bo. quando quidem clariſſimi quiꝗ viri ab hoc ſtudio neutiꝗ re
fugierunt. Franciſcus Picus Mirandula pluſꝗ ſex annos ī Tho-
mæ & Scoti ſtrupis detriuit. ſunt illi quidem in verbis aſperi, ie-  Franciſcus Picꝰ
iuni, & ſordidi/ſed in ſenſibus fecundiſſimi, ij ſi iam ex ludis ve-
ſtris reiecti ſunt/ valde ꝓbo tuorū hominū inſtitutū/qui omnibꝰ
literis, & in quacūꝗ ꝓfeſſione optima queꝗ tradere ſummis ve
lis cōtendunt. Et in noſtra Achademia ſcias mi Nemo/ illas nu-  ꝓuerbium
gas extruſas eſſe, & literas grauiores in earum locum ſucceſſiſ-
ſe. Non amplius in par vis logicalibus tempus perdimus. Ari-
ſtotelem ipſum in manibus tenemꝰ. Omnia iam immutata ſunt.
Exulat Barbaries/ Philoſophia ſyncerior iam irrepſit. At vero ſi
non ex æquo vobiſcum in ſtadio literarum currere datum eſt
laborabimus ne occupet extremos ſcabies. vt Horatius ait. Qua
re hoc velim ex animo amoueas tuo. me vnꝗ vlla iniuria Vuit-
tenbergenſem Academiam affeciſſe. quæ literis literatis & viris
eruditiſſimis abundatiſſima eſt. nuſꝗ literæ magis virent. Nuſ-
ꝗ literati tanto ſtipendio accerſuntur & aluntur Id quod & in
nr̄a Academia non leni /vt dicit̄ / brachio tractari dudū ceptū eſt
Deus modo Principes noſtros diu incolumes nobis & literis ſer
uet. Ceterum ꝙ me nullum fratris cōmertio te reiecturum, mi-
nitaris. ſi Sophiſtarū Patrociniū ſuſciperem. Ecque cauſa eſt: cur
eos quibus cum ago, & qui me beneuolentia proſequūt̄ non
defenſionis honore dignari debeam. Qꝫ queſo decorū mihi fo-
ret/ſi illos/quos in me expoſitiſſimos eſſe video/conuicijs diſcer
pi ſinierem. Hoc/mi frater/vt vt recidat neutiꝗ cōmiſſurus ſum
vt non quoq̄ poſſum eos defendā. Ad teipſum refero/ſi quiſpi-
am tuos illos Thomiſtas & Stoticidas, nam/ſat ſcio/non oēs
in Philoſophia elegantiore iniciati ſunt. acerbius ſtilū infigeret
num tu omni armorū genere illū oppugnares id quibꝰ ergo ve-

tat qm̃ & ego Sophiſtis Patrocinari pergam. qui ſi non omnes
eruditionis numeros impleuerint, at nec pueri Analphabeti
ſunt. Alioqui dum tuos tragica oratione effers, Principis noſtri
exiſtimationẽ obnubilate videris/nempe qui ab exteris male au
diet ꝙ ſtipendio ſuo ſilicerina illa mera nutriat. & hoĩes illos/vt
tu lubenter loqui ſoles/antiſophiſtas in Academia ſua viuere pa
tiatur. Nec vero putes velim mi Nemo me aut nihil omnino le
giſſe aut nihil ſapere vt nõ intelligam quos tu Sophiſtas carpere

Sophiſte qui dicantur.

ſoleas. Quis enim neſcit Sophiſtæ vocabulum αδιαφορον
eſſe vt quod & in bonã & malam partẽ deflectat̃ Ariſtoteles em̃
ipſe in fronte Elenchorũ diſputat ſapientes quoſdam magis vi-
deri velle q̃ eſſe & eos vere Sophiſtas eſſe. & Sophiſticam ſcien-
tiam eſſe quæ in argutiarum Strophis ceu Vulcanijs retibus, ar-
te fabrefactis occupata eſt. Tum Iulius Pollux li.iiij. Sophiſte ra
tionem copioſe explicat. Olim em̃ etiam Rhetores Sophiſtæ
appellabantur quemamodum alicubi Diogenes Laertius au-
thor eſt, Alioqui nec Prodicus Chius a Platone & Baſilio Ma-
gno Sophiſta appellaretur. Et Plato ipſe Philoſophotatus non
raro Sophiſte cognomen in ſe recipit. Sed cum tandem neſcio q̃
pacto immodeſtius & inſulſiꝰ pleriq; garrirent in obprobrium
verſum eſt. & ſophiſtæ appellabantur qui de rebus nugaciſſimis
quaſi de Eleuſinijs ſacris, magna tẽporis iactura diſputabãt. In

Lucianus

quos apud Lucianũ in vita Demonactis iocus eſt vel multo io-
coſiſſimus. Hic em̃ cũ videret duos quoſdam Sophiſtas pariter
indoctos de rebus nec caſſa nuce eſtimandis, vehementer diſcep
tare. et alterũ inutiliũ quęſtionũ pelagus producentem. Alterũ
ατοπα, & nec ad rem propoſitam quippiam pertinentia reſpon-
dentem. Quid/inquit/amici/illi rerum agunt niſi ꝙ horũ alter
hircum mulgere videtur & alter cribrum ſupponere. eius farine
ſophiſtas ego nullus nullo vnq̃ tempore ꝓbaui, & in hos tu for
ſitan deſtomacharis. Verum num putas eiuſmodi in noſtra Aca
demia naſci. Dij meliora. Depontani ſũt ſenes aliqñ ætatis vitio
deſipiſcentes, ſed meliora conantibus non obſtrepentes. Vbi em̃
ſtudioſum quempiã viderint illum quoquo poſſunt beneficio ꝓ
ſequuntur/illius conatum quoad eius fieri poteſt/alunt.
Sed ταυτα εκ τησ οδον Porro ꝙ ſcribis, Vuittenbergenſes euan-
gelium, & doctrinam ſanam in vulgus traducere. ꝯtra quam im

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pium ſit pleroſq; tendere. Næ tu mi frater belle mecū ſentis. Nō
raro dolere ſoleo miſeram plebeculā queſtionū/ Corollariorum
diuiſionū magiſtraliū agmīe onerari & has nugas citiꝰ ꝗ Chri-
ſtum addiſcere. Vtinā hoc veſtrū inſtitutū oēs ceu Ariadnes fi-
lum ſequerent̄. & melius cū Chriſtianis ageret̄. Dum eñ forma-
litates, cauſalitates, ecceitates in magnā clepſydræ iacturam cōmi-
niſcūtur. Chriſti interim obliuiſcunt̄. & fit non raro vt non niſi
vulpes iungere, & liquidis immittere fontibus apros videantur
Sed dabit deus hijs quoq; finem. Modo Eraſmus, Oecolampa- Theolo
dius/ Fabritius capito. Martinus Lutherꝰ viri digni qui in olym- gi præſ-
piade aurei ſtent/ ea qua ceperūt via graſſari perrexerint. Qua tantes.
de re copioſius agerem niſi quia ſenes ſunt rudiarij ferulam ne-
gligentes. Quare hæc alijs relinquā. Accedā ad hoc quod reſpō-
ſionis noſtræ γενικωτατον eſt. ſcribis enim mi frater Nemo. me
ſcripſiſſe Platonē Ariſtoteli multis/ vt dicit̄ / Paraſangis in diui-
narū rerum cognitione ꝑcurrere. Cur non Platonē ſtudio accu-
ratiore/ relicto Ariſtotele/ euoluimꝰ. Nempe ꝗ nō niſi naturaliū
rerū cognitionē abſolutiſſime tradidit. Quaſi vero ego nullꝰ eo
dementiæ venerim ꝙ putem fidei noſtre ſeminaria ex Platone
depromēda. Euangelia nobis ſunt. Epiſtolę Pauli nobis ſuppe-
tunt/ ex illis orthodoxę noſtrę fidei decreta ceu ex fonte plenis
buccis haurire poſſumꝰ. Nec me mouet ꝙ Plato diuinꝰ. & Ari-
ſtoteles fatuorū ſapientū princeps, & ꝓdigium grandeq; mira-
culum in natura dicat̄ a diuo Hieronymo ad Euſtochiū. Adde Plato.
ꝙ Philoſophi Peripatetici Philoſophiam in duas partes diſiunx-
erunt. In Philoſophiam Theoricam/ cuius ſubiectū eſt veritas &
mendatiū/ & ſcopus ipſe verū. ſub qua Phyſicā, Mathematicam
& Theologicā cōplexi ſunt. Et in Practicam cuiꝰ ſubiectū in bo- Phia du
no & malo ceu cardine agitur/ ſub qua Ethicam, Oeconomicā, plex.
& Politicā cōprehenderūt. Non tamē ꝓpterea eorū calculū ad-
do opinioni, ꝗ Theologiā cum Philoſophiæ ſtudio cōmiſcent,
Qui eñ poteſt diuina illa & celitus ad nos ceu diuina / vt fertur/
virgula / miſſa Theologia Palato animę facere ſatis ſi Ethnicæ
Philoſophiæ veneno imbuatur. Ariſtotelem legere non prohi-
bemur. Platonis libros euoluere nemo obſtat, vterq; cum fide
noſtra orthodoxa aliquando ſentire videt̄. Ariſtoteles eñ in
li. de mundo ad Alexandrū. Ex deo/ inquit/ & per deum nobis

om̃ia conſiſtunt, nullaq; natura per ſe ſufficiens eſt / carens illa q̃
ex eo eſt ſalute. Audin? ꝙ Ariſtoteles παυλιζειν ſoleat. Et rur-
ſus in li. xii. poſt naturalia aſtruit a deo ceu παντων εαων datore
om̃ia profluere, ad eum om̃ia redire. Vbi nō nihil Paulini pecto-
ris ſapere videtur, ſed in alijs multis mirū eſt ꝙ a Theologorum
decretis vel ꝑpendiculo oppoſito deſſentiat. Precipue cum aſtru-

Quid de aĩa Ariſtoteles.

it mundū ingenitū, eſſe incorruptibilem, Et animā Entelechian
primā corporis, naturalis potēciā inſtrumēti vitā habentis &
alia pleraq; in quibus longe lateq; a religionis ſcopo iaculat̄. Pla-

Plato.

to quoq; pleraq; dixit ad religionē pertinentia, pleraq; a religio-
nis ductu vel Διϛ Δια πασων adhorrētia. Animā immortalē qui-
dem eſſe dixit, & ad dei imaginē ſculptā effigiatāq;, ſed neſcio q̊
pacto ſubām eſſe ſolere & ex indiuiſibili conſtare. Tum de deo
mirum eſt ꝙ Polyppi mentem teneat. Et de celo abſurda que-
dam memoriæ ꝓdita reliquit. quemadmudū Euſebius Ceſarien-
ſis li. xiij. ꝑparatiōis euangelice doctiſſime oſtendit. Nec mirū
eſt Philoſophos hac in re toto celo aberraſſe / quandoquidē Au-

Auguſtinus.

guſtinus ait / Philoſophi neſcientes / ad quē ſcopū om̃ia referen-
da ſint. Inter multa quæ locuti ſunt, veritati falſa admiſcuerim qa
nondū lumen fidei pectora eorū accenſa erant. Porro non vn-
ꝙ naturalis ipſius Ariſtotelis Philoſophia pre Platonis phi-
loſophia naucifacienda eſt, permulta em̄ is de deo tractat / vt in-

theodorus Gaza.

quit Theodorus Gaza, q doctrina rerum conditarū exquiſitiſſi-
ma, conditorem ipſum declarat. Quinetiā cum rerū cauſas co-
noſcere iucundiſſimū ſit. Nempe ꝙ ea vnica cognitione homo ꝑ-
fici poteſt, & deo immortali ſimilis quoad fieri poteſt euadit. ſic
em̄ Theodorus Gaza vir in vtraq; lingua vel ad miraculum do-
ctus illis reſpondet q Ariſtotelem carpebant ꝙ de reb⁹ naturali-
bus plus æquo anxie diſſereret, de deo pauca diſputaret. Nec pu-
tandū eſſe Ariſtotelē ī ſola rerū naturaliū cognitiōe / philoſophū
agere ſed in alijs quoq; philoſophie partib⁹. Etenim Ariſtoteles

Mos ꝓlegendi Ariſtotelis.

hoc ferme in more habuit ꝙ tempore ante lucano libros ꝑlege-
ret quos ακροαμα τικουϛ appellat in quib⁹ philoſophiā intricatio-
rem & inuolutiorē agitare ꝯſueuerat. Veſperi vero diſcipulis li-
bros εξωτερικουϛ cōicabat qui ad rhetorices opificiū, & ciuiliū
rerū tractationē ꝑtinebant. Hinc quanti Plato Ariſtotelē fecerit
docti nō ignorāt. Nam cū aliqn̄ Plato ī plenū auditoriū veniſſet

& Ariſtotelē deſideraſſet dixiſſe fert̃ κωφον εστι το ακροατηριον id eſt mutū eſt auditoriū. reliquos magis q̃ piſces mutos putabat ſi Ariſtoteles nō adeſſet. Et rurſum Ariſtoteles Platonē vnice veneratus eſt vſqꝫ adeo vt & aram illi extruxerit in pleriſqꝫ in Platonē acerbius videt̃ ſat humano affectui aliq̃n condonandū eſt. Sed hæc απροσΔυονισα ſunt. Hæc ꝓpterea recenſui ne putares Ariſtotelē ſola philoſophia phyſica phōrū αλφα και ω eſſe. ſed ī alijs Philoſophie partibꝰ nō poſtrema claſſe numerandū. Nō autem eo accipies ꝙ putem vel ex Ariſtotele vel Platone philoſophiam illā ſacroſctām ſumendam/ ſed philoſophis vtroſqꝫ relinquendos. Nec illis v̄bis alicui vel famā vel authoritatē ledere volo, feliciſſimi ſunt q̄ philoſophia in totū poſthabita Chriſtum p̄dicant. Nec tñ om̄ino illi deplorādi ſunt q̄ in Scoti aut Thomæ lectione cōputruerūt. Iudicio nimirū falſi. Sed deꝰ olim iudex acerrimꝰ erit. Hæc mi frater Nemo habui q̄bus tibi tumultuanter reſpōdere voluiq̄ ſi nō oīa faciūt ſatis p̄cipitantiæ aſcribas oportet. Modeſtie fines haud vnq̄ꝫ tranſgreſſi/ vt opinor /ſumus/ viuat/ floreat amicicia noſtra. Nullus recenſuit vt aſſolet.

# Nullus ad Neminem.

Scribimus hæc animo minime mi frater iniquo
    Omnis naſus abeſt, omnia plena iocis
Scribimus hæc forſan ne me reddu cere calclum
    Aut reuocare putes quæ prius ædideram.
Non iram cupio fratris, non excito bilem.
    Fratris, fraterno pectus amore calet.
Terga dabo minime, turbis contendere mecum
    Si lubitum eſt, neſcis Prothea ſemper ago.
Ledere non quēqꝫ volo, ſed leſus taciturnus
    Non potero bilem diſſimulare lubens.
Non odor vllius cui forte ſuboluit iræ
    Di faxint illo cardine res abeat.
Nec tu verborum ꝙ ſit confuſaqꝫ moles
    Mireris, nullus ſcribere nulla ſolet.

τελοσ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN